

et imperio hactenus sepius sumptuose impensorum transferendum plene duximus et transferimus per presentes.

*1354 Jan. 8 (B.-Huber 1733).

. . . . Vestra noscat universitas, quod nos . . . ,
(1) edicto perpetuo inhibemus . . . potestate quodque nobis
lic[ere non p]atimur, nostris successoribus indicamus.

(2) Preterea ius dominium et receptionem omnium . . .
dictis terminis inventos . . . vendicare et assumere valeant . . . in
aliqualem recompensam obsequiorum, expensarum et laborum
pretactorum * plene transferendum . . . presentes. Nulli ergo¹ . . .
nostre inhibitionis, voluntatis et translationis paginam . . . penam quinquaginta librarum
. . . applicanda.

K 56 XIV, wiederholt nur § 2 (jedoch unter Fortlassung des letzten Teiles): 'Preterea . . . Treverensis usibus applicare'.

K 76 XIV: Preterea . . . applicare; non obstantibus quibuslibet legibus, statutis, privilegiis, consuetudinibus sive usibus per nos, nostros antecessores vel quoscumque alios factis et eciam introductis, per quas et que nostro presenti privilegio posset in aliquo derogari.

XIX. Herbergsrecht.

K 46 XIX: (1) Item volumus et predicto archiepiscopo et suis successoribus de speciali gracia et ex plenitudine potestatis nostre celsitudinis concedimus et indulgemus, quod, quando et quocienscumque ipsi pro nostris et imperii negociis aut eorum ecclesie in expedicione publica fuerint, in quocumque loco, ad quem declinaverint, hospicia cum singulis suis necessariis sicuti nos seu imperium licite cum sua comitiva recipere valeant, cuiusvis contradictione non obstante;

(2) adicientes et ipsis de speciali gracia similiter concedentes, quod, quocienscumque eosdem archiepiscopum vel suos successores ad nos vel nostros successores Romanorum imperatores vel reges pro quibuscumque negociis venire contigerit, quod ipsi cum eorum comitiva gaudeant et fruantur illo eodem taxu seu estimacione circa victualia comparanda, quo ratione Romani regni vel imperii nos utimur et gaudemus et prout nobis et nostris predecessoribus Romanorum imperatoribus vel regibus hactenus fieri

1) Pönformel B 3.